



CAatalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sancta Ruth vidua. Cap[itulum]. xv.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70797)

De sanctis in mēse septēbris occurrētibus Fo. cccij.

Iuuenem suspicatus esset: orantibus ambobus angelus iterum apparuit: et predicta que dixerat conluggi manue replicauit. Attulitque manue heduz et panes angelo vt comederet: et iussu angeli hec domino in sacrificium obrulit: et angelus ascendens in flamma disparuit. Nati autem filium vocauerunt sampson: id est robustum. creuitque puer cito: vt iam futurus ppheta prenosceret: cepitque spiritus domini esse in illo in castris dan: id est in exercitu tribus sue. Cum autem adoleuisset sampson: descendit in thānata: vt videret solenitatem que sibi fiebat: et visam virginē philistinorum concupuit: quam tamen dudum parētib⁹ reuērentibus accepit vxorē. Nolebant enim parentes quod filiam alienigenę in coniugium sumeret: nescientes quod res fieret a domino. Quibus descendere cum eo apparuit catulus leonis in vineis oppidi: que sampson in spiritu domini nihil in manibus habens dilacerauit quasi hedum: nec hoc parentibus indicauit. Desponsatamque vxorem cum descenderet: vt acciperet eam: vidit cadauer leonis: in cuius ore mellificauerat apes: de quo melle sampson comedit: et dedit parentibus ac vxori. Timentes autem philistei robur sampsonis: dederunt ei in nuptiis triginta iuuenes robustos: sermone quidem socios: opere vero custodes: ne quid forte committeret crescere ciborum satietate. Proposuit autem sampson sociis problema: quod si in fra. vij. dies soluerent: daret eis. xxx. vestes: sin autem e contra ipse sampsoni ad totidem vestes tenerent. Fuit autem hoc problema. De comedente exiuit cib⁹: et de forti egressa est dulcedo. Qui cum problema nescirent solueret: ad eorum instantiam sponsa sampsonis ei blandita: didicit ab eo prouerbiū expositionē: quam et sociis indicauit: qui in die septimo sampsoni problema soluerunt: de leone et melle in ore eius inuēto. Sampson ergo descendens a scalonē percussit ibi triginta viros: et vestes eorum ablatas dedit pronubis suis. Et iratus sampson ex hoc contra vxorem venit ad domū suam: que nupsit vni de pronubis suis. Post dies aliquot rediens sampson in thānata: inuenit coniugem alteri viro nuptram: et indignatus est valde: cui cum pater vxorem illius pulcherrimē loco ipsius tradere velleret: noluit sampson: sed protestatus est contra populū philistinorum vt faceret eis mala: et cepit trecētas vulpes: et vinxit caudas caudis: et faces ligauit in medio: quas igne succedens misit in segetes philistinorum: omnesque igne consumpsit: ita etiam vt vineas et oliueta incenderet. Quod philistei audientes opus fuisse sampsonis: vxorem eius et parētes combusserunt tanquam hui⁹ mali auctores. Percussitque iterum sampson philisteos plaga magna: qui ascenderunt ad terram iuda: vt caperēt eū. Ascendentesque viri iuda ad sampsonē redarguebāt eum: quia ipse occasione philistei contra eos ascenderet: vt bellarent aduersus populū. Sampson autem prius re-

cepto sacramēto ab eis ne se occiderent: permisit se ligari spiritu dei tact⁹ a viris iuda: et duct⁹ ad philisteos: vt sic in eos grauis ultionem expecteret. Quod cum traheret irruit spiritus domini in eum: et dissoluta sunt eius vincula quasi stupa ad ignem. Tollensque mandibulā asini iacentem in terra interfecit ea mille viros alijs in fugam conuersis: et cum pre labore siti deficeret clamauit ad dominū: et aperuit dñs molarem dentem maxille: et egressę sunt aque: quibus hauritis sampson refectus est: vocatūque est nomen loci fontinuocātis de maxilla. Post hec sampson iuit ad gazam ciuitatē philistinorum: et ingressus est ad mulierē meretricē: quo cognito philistei posuerunt custodes ad portā ciuitatis: vt eū mane comprehēderēt. Sampson vero nocte media conurgēs tulit ambas ferreas fores cum postibus et feris: et in humeris portauit vsque ad verticem montis. Deinde amauit dalidā in monte sozerth: quam satrape philistinorum induxerunt: precio promisso: vt disceret a sampsonē: in quo vires eius consisterēt: qui ei illud dicit: quod si septem neruicis funibus humeribus ligatus esset: infirmus vt alij hoies fieret. Quibus dalida ipsum dormientē ligasset: philisteis apud se latentibus: excitatus ille rupit vincula quasi stupa. Id ipsum secūdo factū est de septem nouis funibus. Cum autem tertio. vij. crines capitis eius circūligatos licio clauo terre affixisset: excitatus sampson extraxit clauū cum crinibus et licio. Cum autem instaret ei dalida: et ad mortē deficere videretur: vt ei veritatē panderet. Sampson confessus est se nazareū esse ab infantia dño cōsecratū: quod si caput eius rasum foret fortitudo ab eo discederet. Tunc dalida vocatis philisteis sampsonē super genua sua dormientē per totum radī fecit: et recessit statim virtus eius ab eo. Quem tenētes philistei eruerunt oculos eius: et apud gaza vinctū in carcere ad dextrum molere fecerunt. Legeruntque eum tacere cum mulieribus robustis: vt dicitur hebrei: vt ex eo robustam prolem susciperēt. Procedere tempore cum capilli eius renasci cepissent: et philistei in templo dagon solēne conuulsi in die festo eorum celebrarent: adductus est sampson: vt ante eos luderet: et ipsi ei illuderēt: qui stās inter duas columnas quibus domus innitebat: apprehendit vtrāque manibus et super oēs: et ipse mortu⁹ est: et multos plures occidit mortēs que viuis occiderat. nam preter consuātes quasi trisa milia viri usque sexus conuenerāt: qui detecto spectabāt: quod sepultus est in sepulchro patrum suorum inter sara et eschol. Et iudicauit israel viginti annis. Non autē aliter excusatur: vt ait augustinus: quod seipsum cum hostibus ruina domus oppressit: nisi quia spiritus hoc latenter iusserat: qui per illum miracula faciebat. Habuit enim fortitudinem non de natura: sed de gratia.

De sancta Ruth vidua.

Cap. xv.
Liii

Abvidua de regio



ne moab in diebus iudicij claruit. Quam sanctā fuisse probari nō soluz iosephus qui hoc testatur: sed etiā qz liber est specialis hystorie inter sacre pagine volumina cōnumeratur. Eli melech enīz de bethleem effractus cum noemi vxore sua: et maalon et chelion liberis suis cum facta esset fames in terra israel: abiit in reglonem moabitidem: vt pascerentur ibi. Quo mortuo filij eius duxerūt vxores de moab: orpnam et ruth: et mortui sunt ambo sine ple. Noemi hō vidua et filijs orbata cum redire vellet in terrā suam facta fertilitate comitabatur eam nurus sue. Quas cum licētasset orpha quidē reuerfa remāsit. Ruth hō oīno cum socru abire voluit. Et venerunt in bethleē que prius effrata dicebatur: tempore quo primū hordea merebatur: Erat autē ibi vir potēs et diues nomine booz cō sanguineus elimelech. Intrauit qz ruth agruz booz de mādato socri: et colligebat spicas post metentes. Booz hō agrū ingressus cū audisset que esset puella cōpatiens ei mandauit: ne ad alterius agrū accederet: sed et hora vespēdis cū messoribus suis comederet. Precepit qz metentibus: vt de industria spicas dimitterent: quas illa sine rubore colligere posset. Reuersaqz sero ad socrū et portās hordeū quod collegerat ei oīa nūclauit. Qui socrus dixit: qz booz ppius eius erat. Ad ipsum fecit ruth dieb? sequētib? vsqz ad arce ventilationē. Cū autē in ventillando aream booz iuxta morē patrū cōsulium faceret seruis et messoribus suis. Ruth de socrus consilio lota et cultis vestibus induta ascēdit cū alijs in arcā latenter. Et cum sero booz obdormisset pēcit se ad pedes eius qui media nocte excitatus ex pait videus puellam et quesuit qz esset. Que respōdit se esse ruth relicta ppinqui sui: qz ideo venerat: vt eā liberis carēntē in coniugem sumeret: prout ex lege tenebat cum ipse booz vxore careret: booz hō respōdit alium esse magis ppinqui qui pmo de pligio requirit deberet. Quod si renueret ipse postmodū eā libenter acciperet. Et cū diluculo surrexisset: impleuit palliū ruth hordeo: eamqz se gere onustā remisit ad socrū. Mane hō booz pgregatis senioribus ciuitatis interrogauit ppinquos: ē illum elimelech an agrū venalem ppinqui sui emere vellet: et relicta eius accipe cui nūqz ppinquoz predicta sūm legē debebat: an sibi minus ppinquo ius suū cedere. Qui ei libeter cedere velle dixit. Sicqz booz diuino nutu ruth cepit in vxorem: et qua genuit oherth: qui fuit pater isai patris dauid. Ruth autē sancta et pudica sanctitate qz famosa apud bethleē in pace quiescit. Nec omnia ex libris iudicum ruth: et ex chronicis iosephi et hieronymi: petri qz comestoris: necnō ex chronicis guilelmi.

De sancta anna pphetissa? Cap. lvi.



Anna p

phetissa filia phanuel de tribu aser: cuius sanctitatem enā

gelicus prodit sermo. Luc. ii. tēpore quo xps fuit ad tēplū presentatus ibidē se repperit et eadē hora superveniēs multa de illo pphetavit omnibus

qui expectabant redemptionē israel. Nec enīz vixerat cum viro suo annis septem a virginitate sua. Et permāsit in viduitate vsqz ad annos octuagintaquattuor etatis sue: que nūqz de tēplo discessit: sed in oīoue die noctuqz pmanit: et in bona senectute in pace quiescit. Sepulta iuxta templū dñi in hierlm kal. septēbris.

De sancto pulco discipulo. Cap. lvii.



Piscus discipulus

fuit vnus ex antiquis discipulis christi: illes inter noīa. lxxij. discipulorū: qui a dozortheo abbatē cōscripti sunt nō reperiatur. Hic enī ille pater familias fuisse asserit: in cuius domo christus pascha sibi parari fecit: et in eius cenaculo cū discipulis discubuit: et eoz pedes lauit: vt damaus. Hic post ascensionē domini ventens romam cū apostolo petro in partibus campanie euangelium predicauit. Qui et apud capnā via aquarū depositus est kal. septēbris: vt dicit ado.

De sancto Egidio abbate. Cap. lviii.



Bidi ab

bas apud arelas tēsi. oppidū provincie floruit tpe karoli imperatoris. Hic atheniesi. natione regia stirpe pgenitus: pte theoz dozo: matre pelagia: sacrilqz litteris eruditus est a puerilibus annis. Qui dū quadā die ad ecclesiā pgeret: egro cuidā in platea sacētī et elemosynā petētī tunicā suā tribuit: qz indutus mox sanitatem recepit. Parētibz hō suis defunctis patrimonij sui xpm fecit heredem. Cū die quodā dñi ab ecclesia rediret obuium habuit virū a serpente pccussum: sed oīone fusa ab eo ptnus virus fugauit. Demoniacū quēdā die dñico in ecclesia cōsistentē: et cunctos clamoribus conturbantē. Egidius orās ab immūdo spiritu cōtinuo liberauit. Cū autē per totā greciam ipsius fama cresceret: ipse humani favoris vitās periculū clā ltr? maris petijt: vt ad presallas se transferret. Aspiciens qz nautas maris